

per injuriam combusserit alterius domum æstimatam centum scutis, debet totidem ei restituere, etiamsi nullum pactum cum ipso inierit, quia rem ablatam reddere, damnum injuste illatum resarcire cogitur; *Communis (verb. Restitutio).*

52 Justitia distributiva, & commutativa variè differunt, præcipue vero in tribus, scilicet in æqualitate, in æquitate, & in debito. In æqualitate differunt, quia Justitia commutativa servat æqualitatem simpliciter, & arithmeticam, id est rei ad rem, ut centum ad centum sine ullo habito respectu ad personas: Justitia vero distributiva servat solum æqualitatem secundum quid, & geometricam, id est solum æqualitatem inter proportionem, & proportionem, ut nimirum talis sit proportio inter bona, & onera, quæ distribuuntur, qualis est proportio inter condiciones, & qualitates personarum, quibus fit distributio. In æquitate differunt, quia justitia commutativa proprie, & totaliter est ad alterum, sive ad personam adequatæ, & totaliter distinctam: Justitia vero distributiva non est omnino ad alterum, seu ad personam adequatæ, & totaliter distinctam, sed est totius reipublicæ, seu communitatis ad partem, seu membrum illius; pars autem non adequatæ, & omnino distinguitur à toto, sed in toto includitur. In debito differunt, quia justitia distributiva non continet proprie, ac strictè debitum, sicuti justitia commutativa. Nam ille, cui ex emptione verbi gratia vel donatione res debetur, longe majus, arctius jus habet ad illam, tamquam sibi jure proprio debitam petendam, quam ad petendam partem boni communitatis, v. gr. officium, dignitatem, beneficium &c. longæque gravior committitur injuria contra Justitiam commutativam, quam contra Justitiam distributivam. Sola enim justitia commutativa, si violatur, proprie, & per se inducit obligationem restitutionis; Justitia autem distributiva non inducit obligationem restitutionis ratione sui erga partem neglectam, sed ratione Justitiæ commutativæ, si ei sit adjuncta, & solum aliquando per accidens erga ipsam communitatem, ut si Princeps contulit officium indignum cum detrimento reipublicæ, tenebitur ad compensationem damnorum &c. Cardinal. de Lugo de Justitia, & jure tom. 1. disp. 1. section. 3. à num. 51. ubi testatur de communi, Lossius lib. 2. c. 1. n. ult. & cap. 32. dub. 3. Rebellus lib. 1. q. 3. n. 18. Sporer tom. 2. tract. 4. prælim. ad præcept. secundæ tabule c. 1. sect. 3. num. 37. & alii passim.

54 Non potest inter Deum, & hominem intercedere justitia rigorosa, & stricta, sed solum Justitia latius sumpta; *Communis.* Justitia enim rigorosa, & stricta requirit ex parte debitoris perfectum debitum solvendi: implicat autem, ut sit in Deo perfectum debitum solvendi respectu Creaturæ, & in Creatura perfectum Jus exigendi respectu Dei, adeoque &c. Latius vero sumpta justitia potest intercedere inter Deum, & hominem, quia si Justitia sumatur præcisè pro obligatione adimplendi promissa, potest Deus ex Justitia aliquantulum teneri Creaturæ, uti ex tali Justitia debet Justis coronam gloriæ; juxta illud Apostoli 2. ad Timoth. 4. In reliquo reposita est mihi corona Justitiæ, quam reddes mihi Dominus in illa die Justus Judex. Hinc S. Augustinus de tali Justitiæ debito loquens in Psalm. 38. circa finem dicit: Debitorem Dominus ipse facit te, non accipiendò, sed promittendò; & serm. 16. de verbis Apostoli cap. 2. quasi Deo recordans talis Justitiæ debitum, sic ipsum alloquitur: Redde quod promissisti, quia fecimus, quod justisti.

55 Inter patrem, & filium, dominum, & mancipium, maritum, & uxorem formaliter qua tales sunt, non potest esse justitia proprie, & simpliciter, sed solum improprie, & secundum quid; *Communis.* Et ratio est, quia justitia perfecta debet esse ad alterum, qui scilicet natura, & jure sit ab altero distinctus; Filius autem, mancipium, seu servus, & uxor quatenus tales sint, non sunt natura, & jure à patre, domino, & marito distincti, adeoque &c. filius namque ut talis est quasi pars patris, & natura, quippe ex paterno semine natus. Unde ea, quæ debet filius patri, non debet ut distinctus ab ipso, sed ut ejus pars: & ea, quæ pater debet filio,

non debet alteri, sed ut sibi ipsi, seu ut suæ parti. Sic servus non censetur alter à domino, cum non sit sui juris, sed domini, ipsiusque instrumentum animatum ad opera domestica, & quiddam ex ejus bonis, adeo ut possit illum, ut rem suam vendere, donare, commutare. Ita enim uxor est aliquid mariti, & è contra, cum sint moraliter unum corpus, & una caro, & sic non censetur distincti in ordine ad regimen domesticum, cum jus uxoris ad illud sit jus viri, seu dependens à viro, adeoque inter ipsos non potest esse justitia proprie, & simpliciter, sed solum improprie, & secundum quid.

Inter supradictos autem materialiter sumptos, ac quatenus homines sunt, & singuli peculiare jus, vel dominium habent, potest esse justitia proprie, & simpliciter; *Communis.* Et ratio est, quia supradicti materialiter sumpti, quatenus homines sunt, sunt sui juris, & ad invicem independentes in multis rebus, nec accipitur unus, ut pars alterius; sed quilibet, ut persona singularis, & capax ex bonis sibi propriis ineundi contractus. Filius namque non solum jam emancipatus, tamquam verus dominus omnium bonorum suorum, sed etiam minoris adhuc sub patria potestate constitutus, tamquam verus dominus suorum bonorum castrensiarum, vel quasi castrensiarum, potest cum eodem sub patre inire veros contractus emptionis, vel venditionis, vel alios ea justitia obligantes, juxta l. 2. ff. De emptione. Sic mancipium, seu servus, tamquam verus dominus proprii peculii potest medio ipso inire cum domino contractum redemptionis, ita ut dominus peccaret contra justitiam, si eo pacto inito, acceptaque pecunia, servum non manumitteret. Ita etiam uxor, tamquam vera domina bonorum suorum paraphernalium potest de ipsis cum marito inire contractus ex justitia obligantes. Tum quia etiam quoad debitum conjugale, & dotis legitimam administrationem, est inter uxorem, & maritum juris stricti æqualitas; adeoque justitia simpliciter, cum negatio debiti, & dotis dissipatio sint proprie contra justitiam, ut tenent omnes. Tum etiam quia singuli omnium supradictorum habent sibi proprium, & strictum jus famæ, & vitæ; unde universaliter delicta inter patrem, & filium, servum, & dominum, uxorem, & maritum, ut homicidium, injusta infamatio, furta de bonis non subjectis, sunt vere contra justitiam simpliciter, immo sunt delicta contra justitiam qualificata, adeoque inter ipsos materialiter sumptos, quatenus homines sunt, potest esse justitia proprie, & simpliciter.

Justitia præmiativa, quæ pro meritis reddit præmia, & vindicativa sui punitiva, quæ delictis reddit supplicia, utraque reducitur saltem per imitationem, & similitudinem ad justitiam tam distributivam, quam commutativam, ut patet inductione; tunc enim justitia præmiativa reducitur ad distributivam, quando munera, officia, honores, & hujusmodi in præmium propriorum meritorum, & beneficiorum præstitorum distribuitur, inæqualiter tamen juxta inæqualitatem, ac proportionem status, & conditionis, dando scilicet plus personis dignioribus, & præstantioribus, quam minus dignis, & minus præstantibus, ut communitur fieri solet. Tunc autem justitia præmiativa reducitur ad commutativam, quando præmia distribuit æqualiter juxta æqualitatem meritorum, nulla habita ratione conditionis, dignitatis, & status personarum, quibus fit illa distributio. Ita etiam tunc justitia vindicativa, seu punitiva reducitur ad distributivam, quando nocentes, ut par est, punit, habita tamen ratione dignitatis, seu status personarum; sic alapa data v. gr. à persona potente, & magnæ dignitatis lævius puniuntur, quam data à persona infimæ plebis, quamvis sit data eidem persone; tunc enim justitia punitiva, seu vindicativa reducitur ad commutativam, quoad servat æqualitatem inter poenam, & delictum, æqualia inferendo supplicia pro æqualibus delictis, nulla habita ratione conditionis, dignitatis, & status personarum, quibus supplicia inferuntur: *Mastrius in 3. disp. 7. n. 177. Reiffensuel theol. mor. tr. 6. de just. & jure dist. 2. q. 2. n. 19. post Schotum in 4. dist. 46. quest. unio. §. Hoc primo, & plures alios.*

*Adversus jus divinum non præscribitur: Bene- 58
dict. XIV. tom. 2. const. 3. incip. Declarasti Nobis: Nec ad- 59
ver-

versus Jus ecclesiasticum in his, quæ præcepta sunt universalis Ecclesiæ; Idem *ibid.**

¶ Vide, quæ paulò inferius, & fortassis opportunius, dicemus in additione ad *verbum Lex art. 1. §.*

(Ad omnia *vid. verb. Appellatio, Bannitus, Bona ecclesiastica, Forum, & Leg. in add. his. & novis.* Vid. etiam *tit. 1. p. 3.* ubi de *justitia tractatur*: quid sit, & qualis: ex ea quæ commoda & utilitates proveniant: quæ ejus præcepta, honeste vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere.)

JUS PATRONATUS.

ARTICULUS I.

Jus patronatus quoad ea, quæ concernunt ejus naturam, divisionem, & acquisitionem.

SUMMARIUM.

- 1 **P**ATRONI, & jus patronus nomen variè accipitur: quid hic sit: divisio ejus prima, & qualis, cæteræ divisiones, & subdivisiones: etiam dividitur in ecclesiasticum, laicale, & mixtum, ad num. 12.
- 13 **H**orum distinctiones sequuntur: quibus modis utrumque jus patronatus probetur; quod discrimen inter jus patronatus in tota ecclesia, & in aliquo altari constructo, ad num. 29.
- 30 **Alii modi idem jus acquirendi numerantur; scilicet privilegio, & præscriptione: quæ specialia in utroque; ad num. 41.**
- 42 **Additiones subnectuntur, ad num. 58.**

NOMEN Patroni, & jus patronatus in Jure variè, præsertim tripliciter accipitur. Primo Patronus accipitur pro Advocato & jus patronatus pro Jure Advocatiæ, unde Patroni dicuntur, qui aliorum causas in judicio defendunt, eisque patrocinantur, de quibus fit mentio in l. Rem. 14. §. Patroni Cod. de Judiciis, in c. Observandum 1. caus. 15. quest. 2. & in cap. Ex literis 6. De transactionibus. (Vide *verb. Advocatus*) Secundo Patronus accipitur pro illo, qui manumittit, seu liberum dimittit servum suum, & jus, quod pro beneficio manumissionis acquirit in personam manumissi, seu Liberti, *jus patronatus* vocatur, & de hoc extat integer Titulus in ff. De jure patronatus, & Cod. De bonis liberti. & *jure patronatus*. Tertio Patronus accipitur pro eo, qui habet jus, seu potestatem à sacris canonibus concessam præsentandi aliquem ad ecclesiam, vel ecclesiasticum beneficium, & tale jus, seu potestas vocatur *jus patronatus*. Et solum de jure patronatus hoc tertio modo sumpto habebitur sermo.

Unde jus patronatus tertio modo sumptum definitur quod sit: *jus seu potestas nominandi, sive presentandi Clericum promovendum ad beneficium ecclesiasticum vacantem; Est in re Communis.* Seu jus patronatus est jus honorificum, onerosum, & utile alicui competens in ecclesia, eo quod de Ordinarii consensu eam construxerit, fundaverit, vel dederit, aut id à suis antecessoribus factum fuerit: Ita Abbas in Rubr. De jure patronatus num. 3. Jo. Andr. *ibid.* num. 3. vers. Si jus igitur sine calumnia: Fagnan. lib. 3. Deer. in c. Quoniam 3. de jure patr. num. 31. Barb. lib. 3. Juris eccles. univers. cap. 12. num. 2. & alii apud ipsos. Dicitur autem jus honorificum, quia Patronus habet honorem, ut ad beneficium sui juris patronatus alius

non admittatur, seu in ipso instituat, quam ille, quem ipse præsentaverit. Superiori. Dicitur onerosum, quia Patronus teneatur defendere ecclesiam suam, ne ejus bona depereant, eamque, cum opus fuerit, reparare, atque impensis necessariis regere, cap. Filiis 31. caus. 16. q. 7. cum similibus. Dicitur utile, quia, si Patronus videretur ad inopiam, ecclesia teneatur eum potius alere, ac juvare, quam ceteros alios pauperes ex redditibus, qui detractis necessariis expensis supersunt, c. Quicumque 3. caus. 16. quest. 7. cap. Nobis 25. De jure patronatus cum similibus.

Jus patronatus dividitur primo in *hereditarium, gentilitium, seu familiare, & mixtum; Communis.* Hereditarium est illud, quod transit ad quoscumque hæredes etiam extraneos, arg. cap. Quoniam 3. De jure patronatus; Sic *Communis* cum Rota recent. part. 5. tom. 1. dec. 175. num. 3. & req. part. 7. dec. 72. num. 1. part. 10. dec. 193. num. 20. Barb. l. c. num. 5. Covarr. lib. 2. varior. resol. c. 18. num. 6. *Gentilitium, seu familiare* est illud, quod competit, & relicum est solum illis de tali familia, vel in quo vocantur solum illi, qui sunt de genere; *Communis* cum Rota recent. part. 3. dec. 281. num. 5. p. 11. dec. 220. num. 4. 5. 7. 8. 9. part. 14. dec. 462. num. 1. & sæpe alibi; Barb. l. c. num. 22. Ricc. tr. de jur. patr. resol. 232. num. 1. *Mixtum ex hereditario, & gentilitio* est illud, quod competit, & relicum est solum illis, qui sunt & hæredes, & de tali familia; *Communis* cum Rota recent. part. 6. dec. 257. num. 6. part. 7. dec. 208. num. 1. part. 9. tom. 1. dec. 185. num. 7. part. 11. dec. 254. num. 16. part. 19. tom. 1. dec. 223. num. 26. & sæpe alibi.

Jus patronatus esse gentilitium probatur, & constat ex pluribus; Primo ex fundatione, in qua fundator illud relinquunt descendentibus, & successoribus de sua agnatione, familia, seu domo; Rota recent. part. 1. dec. 482. num. 1. part. 3. dec. 581. num. 4. part. 14. dec. 462. num. 1. & sæpe alibi. Secundo ex presentationibus factis à solis masculis, exclusis feminis, & extraneis, donec dicti masculi extiterint, Rota recent. part. 12. dec. 204. num. 13. part. 13. dec. 103. num. 10. part. 14. dec. 515. num. 15. part. 19. tom. 2. dec. 662. num. 17. Item quando in omnibus presentationibus semper facta mentio familie, seu domus, non autem qualitatis hereditariæ; Rota part. 4. tom. 1. dec. 287. n. 12. part. 12. dec. 204. num. 5. part. 13. dec. 237. num. 8. part. 14. dec. 515. num. 9. & 10. Item ex presentatione à patre, & filiis simul facta, Rota part. 4. tom. 1. dec. 287. num. 7. part. 5. tom. 1. dec. 385. num. 3. part. 6. dec. 166. num. 14. part. 13. dec. 103. num. 7. part. 14. dec. 515. num. 9. Tertio probatur gentilitium ex ultimo statu; Rota part. 12. dec. 204. num. 17. Qui ultimus status ob lapsum 40. annorum sufficit ad probandum jus patronatus gentilitium; Rota part. 13. dec. 237. num. 18. part. 14. dec. 515. num. 38. Quarto probatur gentilitium ex sententia Ordinarii declarante illud esse de aliqua familia; Rota part. 1. dec. 482. n. 5. part. 19. tom. 1. dec. 192. num. 7. Quinto probatur gentilitium ex enunciativis, seu assertionibus antiquis dicentibus v. gr. ad illos de tali modo, & familia spectare. Rota part. 18. tom. 3. dec. 679. num. 4. part. 19. tom. 2. dec. 662. num. 5. Sexto probatur gentilitium ex inscriptionibus antiquis in ecclesia factis, vel etiam in campanili existentibus; Rota part. 14. dec. 515. num. 12. part. 18. tom. 2. dec. 679. num. 7. Item ex sepulchro constructo, & ex insignibus familie insculpis, tam in pavimento, quam in pariete capellæ; Rota part. 19. tom. 2. dec. 630. num. 31. ☉

Jus

☉ Cum jus patronatus, præcipue activum in quacumque materia, majoratum regulis debeat metiri, perpetuæ representationis jure talis æstimetur successio (1) & quælibet familia triplici ex genere personarum constare valeat, masculorum scilicet *agnatorum, cognatorum, & femininarum*; sique variae majoratum species à

(1) *L. fin. tit. 7. lib. 5. Ibi:* Mandamos que en la sucesion de los mayorazgos, vinculos, patronatos, y aniversarios, que de aqui adelante se hicieren, asi por ascendientes, como por transversales, y extranos, se guar-

de lo dispuesto en las dichas Leyes de Partida, y Toro, y se suceda por representacion de los descendientes à los ascendientes: :

Auß.

8 Jus patronatus esse hereditarium probatur, & constat etiam ex pluribus. *Primo* ex fundatione, in qua a fundatore sunt vocati ad illud heredes, nulla facta mentione de agnatione; Rota part. 7. dec. 275. num. 5. *Secundo* probatur hereditarium, si in illo filius, vivente patre, nullum jus habet; Rota part. 12. dec. 204. n. 11. *Tertio* probatur hereditarium ex pluribus presentationibus factis titulo hereditatis; Rota part. 1. dec. 707. num. 6. *Quarto* probatur seu presumitur hereditarium, & non gentilitium, donec exhibeatur instrumentum fundationis; Rota part. 19. tom. 1. dec. 181. num. 9. Jus patronatus enim de jure presumitur hereditarium potius quam gentilitium; Rota part. 1. dec. 706. num. 8. part. 3. dec. 429. num. 7. part. 6. dec. 89. num. 1. part. 7. dec. 280. num. 5. part. 11. dec. 268. num. 1. & sepe alibi.

9 Jus patronatus esse mixtum probatur, & constat etiam ex pluribus. *Primo* ex fundatione, in qua fundator expresse vocavit ad juspatronatus solum illos, qui erunt & heredes; & de tali familia una simul; Rota part. 6. dec. 267. num. 6. part. 7. dec. 208. num. 11. part. 11. dec. 254. num. 16. *Secundo* si jus patronatus reservatum fuerit pro heredibus descenditibus per lineam masculinam, in ipso enim casu videtur fundator considerasse utramque qualitatem, hereditariam scilicet, & gentilitiam; Rota part. 19. tom. 2. dec. 543. num. 6. *Tertio* ex observantia plusquam centenaria, qua fuerint solum admissi ad presentandum ii, qui habuerint utramque qualitatem, scilicet hereditariam, & gentilitiam; Rota part. 19. tom. 2. dec. 543. num. 8. *Quarto* si ex institutione requiratur in vocatis qualitas filiorum, & heredum; Rota part. 6. dec. 217. num. 1. vel si fuerit reservatum pro successoribus, & heredibus sanguinis; Rota part. 11. dec. 254. num. 9. Hinc ad effectum succedendi in jure patronatus mixto requiritur utraque qualitas, hereditaria scilicet & gentilitia, seu heredis, & sanguinis; Rota part. 6. dec. 267. part. 9. tom. 1. dec. 185. num. 7. part. 11. dec. 254. num. 16. part. 19. tom. 1. dec. 223. num. 16.

10 Jus patronatus dividitur secundo in *Activum*, & *Passivum*. *Activum* est ipsum Jus, quod Patronus habet presentandi aliquem ad beneficium. *Passivum* est Jus competens aliquibus de tali familia vel loco, quod si idonei sint, exclusis extraneis, per patronum necessari debent presentari; *Communis* cum Rota recent. part. 4. tom. 2. dec. 84. num. 11. Barbosa lib. 3. *Juris Ecclesiastici. univ. cap. 12. num. 25. Moneta de com-*

ad Regnicolis assignentur, prout in plurimum contingit: non erit obliviscendum, regni excepta successione, ceterisque in quibus de rigorosa agnatione conservanda, patens fuerit voluntas fundatoris, cum tunc viri tantum succedant, quacumque ex vocatorum linea (2): feminas melioris lineae, & gradus ab ejus successione exclusas haud intelligi, non constitio de expressa voluntate, harum naturam accusare volente (3); propter quod, tenendum erit pro comperto, quod tametsi masculi de familia extent, recte equidem, ex presentationibus a feminis esse majoratum gentilitium, probatur, edquod jus representationis, nulla personarum generis mentione facta attendi debet, deducturque perspicue non restringendum esse modum probationis juris patronatus mixti, ad casum inter alios relato ab A. num. 9. in quo pro heredibus per lineam masculinam reservatum fuerit, nam si tantum fundator dixerit pro descenditibus, adhuc feminæ inclusæ manerent, conservareque videretur hereditariam, & gentilitiam qualitatem (4).

(2) *Auct. acord. 5. ejusd.* Habundome representado mi Consejo de Estado las grandes conveniencias, y utilidades que resultarian a favor de la causa publica, y bien universal de mis reynos, y vasallos, de formar un nuevo reglamento para la sucesion de esta monarquia, por el qual a fin de conservar en ella la agnacion rigorosa, fuesen preferidos todos mis descendientes varones por la linea recta de varonia a las hembras, y sus descendientes, aunque ellas, y los suyos fuesen de mejor grado, y linea: y siendo acabadas integramente todas las lineas masculinas del Principe, Infante, y demas hijos, y descendientes mis legitimos varones de varones, y sin haber por consiguiente varon agnado, legitimo descendiente mio, en quien pueda recaer la Corona, segun los llamamientos antecedentes, suceda en dichos reynos la hija, o hijas del ultimo reynante agnado mio, en quien feneciere la Varonia: siendo mi voluntad que en la hija mayor, o descendiente suyo, que por su premerionia entrare en

mutat. ulim. volunt. cap. 10. num. 200. & alii passim. Jus patronatus Activum subdividitur in *Personale*, & *reale*. *Personale* est, quod competit personæ Patroni independentem ad realia, vel loco, ubicumque existat, *Reale* est, quod est annexum alicui certæ rei, vel loco, v. gr. castro, prædio, pago, & hujusmodi, & cum eo transit ad quemlibet, etiam non heredem, qui rem talem emptione v. gr. vel donatione acquirit; *Communis*.

Juspatronatus dividitur tertio in *Ecclesiasticum*, *laicale*, & *mixtum*; *Communis*. *Ecclesiasticum* est illud, quod de bonis ecclesiasticis fundatum, & erectum fuit, arg. cap. Dilectus 6. de Officio Legati, & cap. Cum dilectus 28. de Jure patronatus. Rota part. 8. dec. 106. num. 6. Barbosa loc. citat. num. 4. Gonzal. ad Regul. 8. cancellaria gloss. 15. num. 5. & alii passim. Vel est illud, quod licet fundatum fuerit ex bonis laicalibus, fuit tamen, vel ab initio, vel postea translatum fundacione, testamento, donatione, aut alio quovis modo in ecclesiam, aut in capitulum, seu collegium ecclesiasticum Canonico-rum Regularium, aut secularium, vel ad aliquam personam ecclesiasticam ratione ecclesiastica dignitatis aut beneficii cap. unic. §. Verum de jure part. in 9. Rota recent. part. 2. dec. 541. num. 4. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellaria gloss. 18. num. 5. Garzias de beneficiis part. 5. cap. 1. num. 553. Barbo. loc. citat. num. 10. & de off. & part. Episcop. allegat. 72. n. 82. & alii communiter. *Laicale* est illud, quod Laico, vel etiam Clerico, non ratione ecclesie vel ecclesiastici beneficii, sed ratione proprii competit; *Communis* cum Glossa in Clementin. Plures de Jure patronatus, verb. Presentatur, Barbosa citat. cap. 12. num. 13. Moneta loc. citat. cap. 10. num. 220. *Mixtum* est illud, quod partim nomine, seu ratione ecclesie ad Clericum, partim titulo laicali, seu seculari ad Laicum, vel etiam Clericum pertinet, ac proinde ex utroque est mixtum; *Est in re communis*.

Juspatronatus esse Ecclesiasticum constat, & probatur ex pluribus. *Primo* ex fundacione, & donatione de bonis ecclesiasticis; Rota recent. part. 8. dec. 106. num. 6. Hinc censetur ecclesiasticum, quando fuit fundatum a Clerico non habente bona patrimonialia, vel aliunde quæsitâ, quam ex beneficio; Rota part. 1. dec. 165. num. 4. p. 3. dec. 273. num. 1. Barb. cit. cap. 12. n. 5. & alii ibi citati. *Secundo* quando Jus patronatus devenit ad ecclesiam, seu monasterium, & spectat ad Priorem ratione ecclesie, & monasterii; Rota part. 2. dec.

la sucesion de esta monarquia, se vuelva a suscitar, como en cabeza de linea, la agnacion rigorosa entre los hijos varones que tuviere:

(3) *L. 13. ejusd. Ibi.* Lo qual visto por los de mi Consejo, y con Nos consultado, fue acordado que debiamos mandar, y declarar, como declaramos, y mandamos que las hembras de mejor linea, y grado no se entiendan estar exclusas de la sucesion de los mayorazgos, vinculos, y patronatos, y aniversarios que de aqui adelante se fundaren, antes se admitan a ella, y se preferan a los varones mas remotos, asi a los varones de hembras, como a los varones de varones, sino fueren en caso que el fundador las excluyere, y mandare que no sucedan: expresandolo clara, y literalmente, sin que para ello basten presunciones, argumentos, o conjeturas, por precisas, claras, y evidentes que sean (Vid. verb. Familia).

(4) *Vid. proz.*

cit. 541. num. 4. part. 9. tom. 1. dec. 298. num. 5. dec. 339. n. 9. *Tertio* quando est relictum Religioso, seu Monacho; Rota part. 9. tom. 1. dec. 289. n. 12. part. 13. dec. 323. num. 7. Et hoc procedit etiam, quando Juspatronatus est relictum eidem Religioso, non intuitu ecclesie, sed intuitu ipsius personæ: quia Religiosus ob resistantiam voti pauperatis nihil habet patrimoniale, aut proprium; sed quidquid acquirit monasterio acquirit & ed ipso quod est delatum Monacho, statim fit monasterii; Rota cit. part. 9. tom. 1. dec. 289. num. 11. & 12. per jura ibi adducta. *Quarto* quando presentatio spectat ad ecclesiasticum, Rota part. 8. dec. 88. num. 26. ut si fuerit reservatum ad favorem personarum ecclesiasticarum; Rota part. 8. dec. 106. num. 7. Et hoc procedit etiam si fundatum fuerit de bonis laicalibus; adhuc enim censetur ecclesiasticum, licet emanaverit a laico, & de bonis laici, si competit ecclesie, vel personis Ecclesiasticis ratione ecclesie; Rota part. 7. dec. 157. num. 5. Secus tamen, si fuerit relictum Clerico seculari, non quidem intuitu ecclesie, sed intuitu personæ; Rota part. 9. tom. 1. dec. 289. num. 11. & 12. *Quinto* Juspatronatus censetur esse ecclesiasticum, quando est relictum Beguinis: Ipsæ enim Beguinæ, licet seculares, religiose vivunt, & habitu religioso amicta incedunt; Rota part. 5. tom. 1. dec. 144. num. 21. *Sexto* censetur ecclesiasticum juspatronatus relictum confraternitati cum Ordinarii auctoritate erecta, cum ecclesia, campanili, usu sacci, & aliis, ex quibus vere ecclesiastica reputanda veniat: Secus si confraternitas sit erecta ad opera pietatis absque diutis requisitis; Card. de Luca de juspatronatus disc. 59. sub num. 18. Rota part. 5. tom. 1. dec. 144. num. 1.

Juspatronatus esse Laicale constat, & probatur etiam ex pluribus. *Primo* quando est fundatum de bonis laicalibus, ejusque presentatio spectat ad Laicum; Rota part. 9. tom. 2. dec. 429. num. 27. *Secundo* quando testator professus est se illud constituisse laicale; Rota part. 19. tom. 2. dec. 242. num. 7. Et hoc procedit etiam si esset relictum ecclesie: potest enim, hoc non obstante, a testatore declarari, & effici, quod illud non desinat esse laicale; Rota dicta dec. 242. num. 10. *Tertio* ex sententia Ordinarii instituentis aliquem uti a Patronis Laicis presentatum; Rota part. 8. dec. 224. num. 8. *Quarto* ex assertiva Pape; Rota part. 6. dec. 186. n. 4. *Quinto* quando Laicus est in quasi possessione juris presentandi; Rota part. 3. dec. 233. num. 3. part. 9. tom. 3. dec. 329. num. 20. *Sexto* quando nominatio est relicta Universitati Laicorum, licet electio nominis est nominatis spectet ad Ecclesiasticos; Rota p. 1. dec. 481. num. 6. *Septimo*, quando ad presentandum concurrunt major pars Laicorum, quamvis etiam aliqui Clerici presentent. Rota part. 12. dec. 250. num. 9. & 10. Hoc tamen procedit ad effectum evitandi derogationes, & reservationes. Ad effectum autem temporis ad presentandum, nempe semestris, dicitur ecclesiasticum. Rota l. c. num. 11. 12. 13. & 14. *Octavo* quando juspatronatus spectat ad confraternitatem laicorum, cuius confratres non induuntur, nec distinguuntur aliquo signo Religiosis, & beneficiis fuit fundatum a laico, & de bonis profanis. Rota part. 5. tom. 1. dec. 144. num. 1. & 2. dec. 290. num. 1. Barbosa lib. 3. *Juris ecclesiast. univ. cap. 12. num. 15.* cum plurimis aliis ibi citatis.

Juspatronatus esse mixtum constat, & probatur etiam pluribus. *Primo* quando fundatio fuit facta ex bonis ecclesiasticis, & laicalibus, seu patrimonialibus. Rota part. 3. dec. 273. sub num. 4. *Secundo* quando fundatio facta fuit ex bonis ecclesiasticis, & dotatio ex bonis laicalibus, seu contra, v. g. Si ecclesia ex bonis suis fundaverit aliam ecclesiam, & eam dotaverit laicus ex suis bonis laicalibus, seu contra. Rota part. 12. dec. 162. num. 1. & Doctores passim. *Tertio* quando fundator statuit expresse quod juspatronatus spectet una simul ad Clericos, & Laicos, quamvis totum fuerit fundatum ex suis bonis laicalibus, & patrimonialibus; potest enim fundator remittere juspatronatus

tus, vel totum, vel ex parte, vel limitative illud inducere in prejudicium heredum, prout ei liberit, arg. cap. Significavit 41. De Testibus, & cap. unic. de juspatronatus, in 6. & ibi notant Doctores communiter. *Quarto*, quando quocumque alio titulo partim spectat ad Clericos, & partim ad laicos, Rota tom. 3. part. 3. dec. 655. numer. 3. & part. 19. tom. 1. dec. 129. num. 4.

Juspatronatus tribus potissimum modis de jure potest acquiri, scilicet *fundacione*, *edificacione*, & *dotacione*. *Communis* cum Glossa in c. Pix mentis 26. caus. 16. quest. 7. Ubi ad rem dat sequentem receptum versiculum.

Patronum faciunt duos, edificatio, fundus.

Hinc quilibet disjunctim, vel separatim sumptus ex 20 tribus dictis modis sufficit ad acquirendum juspatronatus. *Communis* cum Rota part. 4. tom. 3. dec. 620. num. 52. part. 5. tom. 2. dec. 432. num. 1. & sepe alibi, Fagnan. in cap. Quoniam 3. de juspatronatus num. 2. Reiffenst. lib. 3. decret. tit. 38. n. 4. Pirhing. ibidem num. 6.

Eo quidem quod sola fundatio sufficit ad acquirendum juspatronatus, habetur clare ex cap. Decernimus 32. caus. 16. quest. 7. cap. Quoniam 3. & cap. Nobis 25. de 22 juspatronatus. Fundasse autem Ecclesiam ad propositum proprie dicitur, sive quis eam in proprio fundo, seu solo suis sumptibus omnino construxerit; c. Abbatum 4. caus. 18. q. 2. cap. Nobis 25. de jurispatronatus, sive etiam tantummodo fundum, seu solum ad eam edificandam obtulerit, ac donaverit, Lambertini. de juspatronatus. part. 1. lib. 1. quest. 2. art. 2. num. 1. & 2. Barb. lib. 3. *Juris ecclesiastici. univ. cap. 12. num. 28. & communis aliorum.*

Quod sola edificatio, seu constructio ecclesie sufficit ad acquirendum juspatronatus, habetur expresse ex cap. Monasterium 33. caus. 16. quest. 7. & cit. c. Nobis 25. De juspatronatus, ibi: *Si quis ecclesiam cum consensu Diocesani construxit, ex eo juspatronatus acquirit.* Edificasse autem ecclesiam ad nostrum propositum proprie dicitur, qui eam cum consensu Ordinarii propriis sumptibus construxit, arg. cit. cap. Monasterium 33. caus. 16. q. 7. & cit. cap. Nobis 25. De juspatronatus. Qui vero sine consensu Ordinarii eam construxit, cum illicite agat, arg. cap. Nemo 8. de consecr. dist. 11. non acquirit juspatronatus, ut cum communi Doctorem regè notat Fagnanus in citat. cap. Nobis n. 4. Item edificasse censetur quantum ad presens, qui Ecclesiam penitus destructam suis sumptibus cum consensu Ordinarii eam reedificat, in quo casu primus edificans, si nolit eam reedificare, amittit, & reedificans acquirit juspatronatus. Talis enim censetur ecclesiam edificare, cum perinde sit, ac si ecclesiam primitus edificasset, arg. cap. Consuluit 7. de Jurejur. & tenet Communis Doctorum cum Glossa in cap. Quoniam 2. de juspatronatus, verb. Fundatores. Si vero ecclesia non sit penitus destructa, sed solum in aliqua parte, ex refectione, & reparacione illius non acquiritur juspatronatus. *Communis* cum glossa loc. cit. etiamsi successive diversis temporibus per partes tota fieret nova, quia adhuc eadem ecclesia esse censetur, adeoque primus edificator non desineret esse Patronus, arg. leg. Quid tamen §. 1. vers. Plene, ff. Quibus modis usufructus amittitur, Azorius part. 2. lib. 6. cap. 19. quest. 10. Pirhing. l. 3. dec. tit. 38. num. 8. Reiffenst. ibid. num. 8. & alii passim.

Quod sola dotatio sufficit ad acquirendum juspatronatus habetur clare ex c. Filiis 51. cap. 16. quest. 7. & Concil. Trid. sess. 14. De Reform. c. 12. & sess. 21. eod. c. 7. ubi sola dotatio pro sufficienti causa acquirendi juspatronatus agnoscitur. Dotasse autem ecclesiam quantum ad propositum censetur ille, qui sine dote fundat, & constructæ, congruam dotem assignat tribuendo ei sufficientes redditus, seu annuos census pro Ministris Ecclesie, pro paramentis, pro luminaribus, aliisque necessariis, arg. cap. Quicumque 30. & c. Filiis 31. caus. 16. qua sit 7. Qui tamen non tribueret dotem sufficientem, non diceretur Patronus, sed tantum Benefactor Ecclesie, ut expresse declaravit Sacra Congregatio, apud Garziam de beneficiis part. 5. c. 9. n. 52. his verbis: *Dotans*

insufficienter, quod arbitratu Ordinarius, non acquirit juspationatus, sed dicitur Benefactor. Item censetur quantum ad presens, quis dotare ecclesiam, quando dos primitus ei assignata omnino perit, & antiquus Patronus non vult assignare illam dotare, bene vero ipsam sufficienter dotat ille alius; tunc enim antiquus Patronus amittit juspationatus, & illud acquirit qui de novo sufficienter dotat ecclesiam. Ragnan. incap. Quoniam 3. De jurepatronat. num. 59. Reiffenstuel loc. cit. num. 9. Pirhing. l. c. n. 9. & alii passim.

27 Quando unus, & idem simul fundat, edificat, & dotat ecclesiam, tunc solus ipse acquirit juspationatus. Quando vero plures concurrunt, ita ut unus fundet, alter edificet, & tertius dotet, tunc acquirunt omnes juspationatus in solidum, & una simul in solidum evadunt Patroni, arg. cap. Filiis 31. caus. 16. quest. 7. & tenet Communis Doctorum cum Ragnan. in cit. cap. Quoniam 3. de jurepatronat. num. 49. Garzias l. c. n. 52. Abbat. ad Rubr. de jurepatronat. num. 6. Pirhing loc. cit. num. 7. Reiffenst. l. c. num. 10. Item quando plures concurrunt ad unam ex tribus causis, seu modis allegatis v. g. ad solam fundationem, vel ad solam edificationem, vel ad solam dotationem, evadunt omnes simul Patroni, & æquale juspationatus acquirunt respectu illius Tituli; Sic expresse declarat Sacra Congregatio apud Garziam loc. cit. num. 53. tenent citati Doctores, alique passim.

28 Juspationatus, seu presentandi Prælatum in ecclesia regulari, seu collegiata etiam de Diocesani Episcopi consensu non acquiritur ex fundatione, edificatione, & dotatione sine particulari privilegio Apostolico; cap. Hinc etiam 39. caus. 16. num. 1. & c. Nobis 23. de jurepatronat. Rota part. 2. recent. decis. 421. num. 2. Ragnan. lib. 3. Decretal. in cit. cap. Nobis num. 14. Lambertin. lib. 1. quest. 5. part. 1. art. 1. n. 10. & 11. Puteus lib. 2. dec. 366. num. 4. & Reg. Barbosa lib. 3. Juris eccles. univ. cap. 12. num. 48. citans alias Rotæ decisiones, aliosque Doctores. Id tamen est intelligendum de Jurepatronatus in tota ecclesia. Secus vero in aliquo altari constructo, vel construendo de ordine testatoris in dicta ecclesia regulari, seu collegiata, quia tunc sufficit solum consensus Regularium, seu Capitularium, ut firmavit Rota in Segobienis Capellania 26. Febr. 1626. coram bonæ memoriæ Urbano in vers. Non obstat secundo: & ex aliis refert, & tenet Barbosa l. c. n. 48.

30 Præter supradictos tres modos, & causas acquirendi Juspationatus, potest idem acquiri adhuc aliis duobus modis, scilicet privilegio & præscriptione. Juspationatus acquiritur privilegio, quando Summus Pontifex alicui de Ecclesia benemerito, vel ob aliam causam illud concedit, quamvis ecclesiam nec fundaverit, nec edificaverit, nec dotaverit; Papa enim de plenitudine potestatis de cunctis beneficiis habet plenariam potestatem, textu expresso in c. Licet 2. de præbend. in 6. Non potest tamen Juspationatus acquiri privilegio Episcopi, vel alterius Prælati Papa inferioris, ut clare patet ex cap. Hoc consultissimo 2. de rebus eccles. non alienand. in 6. & fuit declaratum à Sacra Congregatione apud Garziam De benef. part. 5. c. 9. n. 128. Immo Juspationatus ex privilegio quocumque etiam Papali ante Concilium Tridentinum concessum, revocatum est in totum etiam cum quasi possessione iade sequuta ab eodem Concilio sess. 25. de Reform. cap. 9. Parisius De confident. q. 28. num. 239. & sequent. Seraphin decis. 1395. num. 4. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellarie glossa 18. num. 18. Barbosa super Trident. d. sess. 25. c. 9. num. 68. & lib. 3. Juris eccles. univ. c. 12. num. 63. & 64. Garzias de beneficiis part. 5. c. 9. d. num. 115. ubi num. 118. ex declaratione Sacre Congregationis addit, sublata esse omnia privilegia, etiamsi habeant clausulam, quod juspationatus ex privilegio concessum sit ejusdem valoris, ac si esset ex fundatione, edificatione, aut dotatione, cum sit adinstar, & non proprie ex fundatione, edificatione, aut dotatione. Unde qui juspationatus ex titulo solius privilegii manuteneat vult, debet docere, quod illud habeat à Summo Pontifice post tempora Concilii Tridentini concessum cum clausula derogatoria ejusdem Con-

31 cili; Pirhing lib. 3. Decretal. tit. 28. num. 12. Reiffenstuel ibid. num. 12. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 19. num. ult. & alii.

Advertendum hic tamen venit, quod, quamvis Concilium Tridentinum d. sess. 25. cap. 9. de Reform. in totum prorsus abrogaverit Juspationatus ex privilegio una cum quasi possessione; Hoc tamen non procedit in Jurepatronatus ex privilegio concessio 40. annis ante publicationem ejusdem Concilii, cum tale juspationatus non cadat amplius sub revisione Ordinarii. Rota part. 13. recent. decis. 492. num. 8. Barbosa in Collectan. ad Concil. Trident. cap. 19. sess. 25. de Reform. num. 85. ubi adducit alias Rotæ decisiones. Garzias l. c. c. 9. n. 124. Addenda ad Gregor. decis. 397. num. 6. vers. prædicta indubitanter: Pillucius tom. 3. tr. 14. c. 2. num. 62. & alii passim. Neque procedit in Jurepatronatus concessio ex titulo oneroso prout augmentum dotis. Rota part. 13. recent. decis. 492. n. 6. Addend. ad Gregor. cit. decis. 397. num. 6. vers. prædicta indubitanter: Rota contra Seraphin decis. 490. n. 2. Garzias l. c. c. 9. n. 120. Gabriel contr. 195. & 2. l. 1. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 8. n. 12. & seg. & n. 25. & alii.

Juspationatus acquiritur præscriptione contra Ecclesiam liberam, seu nondum patronatam ex multiplicatis presentationibus per tempus immemorabile sic expresse statuit Concilium Tridentinum sess. 25. c. 9. de Reform. ibi: "Sive etiam ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat." Ad hoc autem, ut dicantur presentationes multiplicatae, duas sufficere asserunt Riccius in praxi fori ecclesiasticæ resolut. 127. in fine, Castro-palao tom. 2. tr. 13. disp. 2. punct. 3. num. 4. Barbosa in Collectan. ad Concil. Trident. d. sess. 25. cap. 9. de Reform. num. 5. cum pluribus aliis ibi citatis, argum. cap. Pluralis 40. de Regul. Juris in c. 1. ibi: Pluralis locutio duorum numero est contenta. Tempus vero immemorabile, quantum ad presens censetur tempus quadraginta annorum in personis, ubi non præsumitur Juspationatus esse ex usurpatione arg. c. De quarta 5. cap. Ad aures 6. cap. Illud autem 8. & c. Quia indicante 9. de præscriptionibus, ubi habetur clare decisum, quod contra ecclesiam, jura episcopalia, decimas, & hujusmodi quadraginta annorum spatium præscribitur. Sic per doctrinam Glossæ communiter receptæ in c. 1. De præscriptionibus in 6. tenent Baldus de præscript. part. 2. Quinta partis quest. 6. n. 43. Mascardus de probat. Conclus. 138. Moneta de decimis c. 5. num. 77. Aloysius Riccius in tract. de novissim. probat. Juspationatus resolut. 70. Barbosa in Collectan. ad Tridentinum cit. sess. 25. cap. 9. de Reform. num. 12. & lib. 3. Juris ecclesiasticæ univ. cap. 12. num. 75. cum pluribus aliis ibi citatis. Rota in Sorana jurispatronatus 28. Aprilis 1603. in facens. Parochialis 27. Junii ejusdem anni cor. Card. Pampbil. senior.

Alter autem discurrendum est de tali præscriptione in personis, ubi præsumitur juspationatus esse ex usurpatione. Et ad hoc datur dispositio Concilii Tridentini dicit. sess. 25. c. 9. de reform. ibi: "In iis vero personis, in quibus Communitatibus, vel Universitatibus, in quibus id Jus (Patronatus) plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur, nec immemorabilis temporis probatio eis alter suffragatur, quam nisi præter reliqua ad eam necessaria, presentationes etiam continuatae non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortite sint, authenticis scripturis probentur." Personæ vero, & Communitates seu Universitates, in quibus præsumitur Juspationatus esse ex usurpatione, sunt ex declaratione Sacre Congregationis apud Gonzalez in Regul. 8. Cancell. glossa 18. d. num. 66. omnes Potentes, & omnes perpetuum jurisdictionem habentes in loco beneficii, seu ecclesiæ jurispatronatus, ut Nobiles, Barones, Comites, Marchiones, Principes, Duces, Reges, Imperatores, Universitates, Communitates.

Juspationatus acquiritur præscriptione contra Ecclesiam liberam, seu nondum patronatam, seu potius contra Patronum per tempus ordinariū, scilicet decem annorum inter presentes, & viginti inter absentes cum titulo; Sine titulo autem triginta annorum cum bona fide, sicuti præscribi possunt alia jura, & bona immobilia contra privatos; legi univ. Cod. de usucap. transf. formand. § 1. l. 1. Inst. de usuc. leg. Sicut in rem, Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. & concordat textus in cap. Sanctorum 2. de præscriptionibus. Et ex communi docet Covarrubias in Regul. Possessor. part. 2. §. 16. num. 6. Lessius lib. 2. cap. 6. dub. 10. num. 33. Molina disp. 70. num. 2. Lugo disp. 7. num. 99. Pirhing lib. 2. Decretal. tit. 26. num. 118. Et ratio est, quia hoc casu non præscribitur contra ecclesiam, cujus parum interest hunc, vel illum, habere Patronum privatum, & æque evenire possit, ut ille, qui præscribit, utilior sit ecclesiæ, quam prior ejusdem Patronus, contra quem præscribitur, ut recte observat Molina de justitia, & jure cit. disp. 70. n. 2. Sed solum præscribitur adversus priorem Patronum, qui non gaudet speciali privilegio, ut longiore tempore quam ordinario à jure statuto contra illum præscribi debeat. Si quis autem quibusdam annis sit absens, & quibusdam presentibus, adjungitur ei super decennium tot anni, quot annis ex decennio fuit absens, textu expresso in Authent. Quod si quis, Cod. de præscription. long. tempor. ibi: "Quod si quis quibusdam annis presens sit, quibusdam absens, adjungitur ei super decennium tot anni, quot annis ex decennio fuit absens." Hæc tamen intelligentia, & advertentia, ut communitur notant Doctores, quod unus annus presentis æquivalere duobus annis absentie, & vicissim duo anni absentie faciant unum annum presentie. Unde si quis per octo annos fuerit presens, & deinde per duos absens, alii duo anni sint superaddendi, ita ut hæc præscriptio ante annos duodecim non complectatur.

Ad hanc præscriptionem contra ecclesiam jam patronatam, seu potius contra Patronum, sufficit cum tempore debito unica presentatio facta, & sum effectum sortita, & non requiruntur plures. Communis cum Rota in Bergomen. Capellanis 18. Maii 1692. coram Metlino, Barbosa in Collectan. ad Concil. Trident. d. sess. 25. c. 6. num. 22. Reiffenstuel lib. 3. Decretal. tit. 38. num. 16. Et ratio est, quia de jure communi non requiruntur plures, sed sufficit unus actus presentationis, ad constituendum aliquem in possessione, dummodo interea non evenierit alius casus presentationis, ut recte observat Barbosa loc. cit. Nec officit, quod Concilium Tridentinum loc. cit. requirit ad hoc multiplicatas presentationes, ibi: "Ex multiplicatis presentationibus; quia ut communitur advertunt Doctores, Concilium ibi loquitur de præscriptione contra ecclesiam liberam, & nondum patronatam, quam in libertate conservare summopere intendit; non autem de præscriptione contra ecclesiam jam patronatam, seu potius contra Patronum, qui non gaudet speciali privilegio, sed sola ordinaria dispositioni juris communis, ut jam fuit dictum supra num. 36.

Definit in hoc articulo Auctor Juspationatus, tum dividit, & demum de modis agit originariis illud acquirendi.

Reale Juspationatus, de quo agit Auctor num. 1. subdividendum est in regium, feudale, & privatum. Regium quod ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidentibus, alioque sublimis ac supremis jura Imperii in dominis suis habentibus pertinet ex Trident. sess. 25. c. 9. de Reform. Feudale Juspationatus appellatur, quod feudo, velque feudali annexum est, & feudatario competet ratione investiture feudalis, vel universæ feudi possessionis, nequaquam vero intuitu personarum, & sic ad possessorem feudi transit cum universitate illius. Privatum denique est, quod non propter feudum, vel feudalem investituram, sed alio quovis titulo possidetur nedum à personis privatis, sed etiam à Feudatariis tamquam allodiali seu Burgensaticum.

Plura habet præcipua Juspationatus regium. Illud non comprehenditur sub quacumque reservatione non facta ejus specialis mentione; Rota in Colonien. Præpositura 1. Dec. 1736. §. Adjuvatur eorum clar. memori. Cal-

Minusque venit sub qualibet derogatione citra eam specialem mentionem. Quinimo quomodo (sicut idem supremum Tribunal in d. Colonien. Præpositura 1. Decembris 1727. d. §. Adjuvatur cor. clar. memori. Calcegin.) "Romani pro tempore Pontificis absoluta beneficiorum potestate fruuntur, nihilominus frequenter indulgent Curia stylo non derogandi Regum supremorumque Principum patronatibus, eorumque devotionis non perquirendi, etiamsi vacationis in Curia contigissent." Et, ut alia amissa faciamus, nullum in Jurepatronatus regio currit tempus ad presentandum; Autenez de don. reg. part. 3. cap. 27. num. 124. Pion. de controvers. Patron. allegat. 19. num. 18. Rigant. in Comment. ad Regul. Cancellar. Regul. 42. num. 42. Sacrum Auditorium ind. Colonien. Præpositura 1. Decembris 1727. §. Admadv. tebat: & Reg. coram clar. memori. Calcegin. in Compostellana Parochialis 29. Martii 1756. §. 9. & 5. Julii 1756. §. 5. & 10. Decembris §. 9. cor. Em. Bussio.

Feudale Juspationatus ob dominium directum feudali, quod apud Regem est, & regium dijudicari debet; Gagliard. de donat. regit. lib. 3. cap. 28. num. 1. Rot. in Compostellana Parochialis 29. Martii 1756. §. 9. & 5. Julii 1756. §. 5. & 10. Decembris 1753. §. 10. coram Em. nentissimo Bussio. At non omnes effectus Juspationatus regii tribui queunt jurispatronatus feudali. Notabile enim est, quod feudatarii intra quadrimestre presentare tenentur. Reges enim, & Supremi Principes nullum habent tempus præfinitum ad presentandum, eo quia maximæ curæ quibus tum pacis tum belli tempore occupantur, quotidianum impedimentum præbere censentur, quominus de presentatione cogitent. Hæc autem ratio locum quoad feudatarios hand sibi vindicat. Gagliard. de Jurepatron. cap. 17. num. 28. Rota vero in mox dicta Compostellana Parochialis videtur sensisse, quod & Feudatariis nullum currit tempus ad presentandum.

De Jurepatronatus privato reali plures occurrunt inspectiones. Potissima est illa, quando vere juspationatus privatum sit reale; Vide Rota in Viterbien. Capellania 3. Julii 1718. coram bon. memori. Gamach. & in Penmen. seu Adrien. jurispatronatus 12. Martii 1723. coram bon. memori. Ratto. Solet etiam maxime inquiri in quo transeat hoc juspationatus privatum reale. Confer Rot. in Carinolan. Canonatus 2. Maii 1738. cor. clar. memori. Millin.

Inter originarios modos acquirendi juspationatus Auctor num. 22. refert & fundationem, tam accipiendo pro simplici datione fundi seu loci ad ecclesiam edificandam, adeoque distinguit fundationem ab edificatione, & dotatione. Vetus est hic error Glossæ in Can. Pio Mentis 16. q. 7. At is confutatus jam fuit à Francisco de Roy de Jurepatron. c. 13. Rousseaud. de la Combe in sua Bibliotheca canonic. verb. Patronatus c. 3. num. 1. & plur. sequent. aliisque. Reedificatione, & redotatione quando acquiri possit juspationatus jam constitutum, vide apud Gagliard. de Jurepatron. c. 5. n. 8. §.

ARTICULUS II.

Juspationatus quoad ea, quæ concernunt ejus in alios translationem, & ejusdem amissionem.

SUMMARIUM.

- 1 Juspationatus quibus modis possit transferri de translatione facta per successione hereditariam in primis agitur: quas exceptiones patitur, ad num. 24.
- 25 De uno ad alium transit per donationem: in modo hanc donationem faciendi, quando Summi Pontificis, seu Episcopi venia requiritur: Vicarii Generalis an aliquoties sufficiat, & tale juspationatus quando revocari possit, ad num. 39.
- 40 Etiam de uno ad alium prætergreditur permutationem an prore temporalis: quid pro spirituali, & quæ censens requiritur, ad num. 50.
- 51 Juspationatus potest quoque transferri per venditionem: per is venditio inquit sustineri, & quæ po-

nas incurraht in contrarium se gerentes: quando per accidens seu accessorie possit vendi, & an requiratur Episcopi consensus, ad num. 61.

62 An detur discrimen quando res universalis emittit, seu particularis, cui juspatronatus est annexus, ad num. 65.

66 Juspatronatus inseparabiliter, castro, oppido, pago, palatio, praedio, & hujusmodi dato in feudum, si-ue in emphyteusim transit cum ipso in feudatarium seu emphyteutam, secur pro pignore si detur: quid in conductore: assignantur denique varii modi quibus juspatronatus amittitur, & penitus extinguitur, ad num. 83.

84 Novae additiones inseruntur, ad num. 94.

JUSPATRONATUS quatuor modis ab uno in alium transferri potest, scilicet successione, donatione, permutatio- ne, & venditione; Communis cum Glossa in cap. Piz- mentis 27. caus. 16. quest. 7. & in cap. Cum seculum 13. De juspatronatus verb. Emptorem, ubi dat sequen- tes versiculos:

Juspatronatus transire facit novos haeres, Et res permutata, donatio, venditioque.

Primo igitur modo juspatronatus transit per succes- sionem hereditariam cum universitate bonorum ad quos- cumque haeres, tam mares, quam foeminas, tam ne- cessarios, quam extraneos; sive ab intestato, sive ex testamento succedant, argum. cap. Perlatum est 1. & cap. Ex literis 7. De juspatronatus, & Clementin. 2. co- dem tit. & sic tenet Abbas in cit. cap. Perlatum est nu- mer. 2. & seq. & ibi Fagnan. num. 12. & 13. Barbosa num. 9. Pirhing lib. 3. Decret. tit. 28. num. 44. Reiffenstuel ibidem num. 18. & Communis aliorum. Jura enim in- distincte loquuntur de haeredibus Patroni, nulla expres- sa differentia, sive haeres sint masculi, sive foeminae, sive necessarii, sive extranei, sive haeres sint ab intestato, sive ex testamento; ubi autem jura indistin- ctè loquuntur, indistinctè etiam sunt intelligenda, cum ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debeamus, cap. Quia circa 22. De privileg. & leg. De pretio ff. De Publiciana in rem actio. (Vid. art. 4. verb. Canonica- num 7.)

Hinc si filia sit haeres cum fratre, aequè cum illo succedit in juspatronatus hereditario; Communis arg. citatis juris. Item, si filius, vel filia non sit haeres pa- tris sui, ex quo vel exheredetur, vel repudiet haere- ditatem, non succedit in juspatronatus hereditario, quia hoc veluti accessorium sequitur hereditatem; Com- munis. Item, si filius, vel filia instituat à patre in re certa, & extraneus instituat haeres universalis; jus- patronatus hereditarium transit ad extraneum haeredem, & non ad filium, nec filiam, quia transit cum uni- versitate bonorum, quam hereditas continet, & filius instituit in re certa habetur in loco legatarii; leg. penultim. Cod. De hered. instit. adeoque, cum non sit haeres, non potest consequi juspatronatus hereditarium, 6 Communis. Excipiendus est tamen casus, quo tali rei certe, v. g. castro, pago, palatio, vel fundo, in quo instituitur, esset inseparabiliter annexum ipsum jus- patronatus, quia tali casu juspatronatus non transit ad extraneum haeredem universalem, sed ad filium in tali re certa institutum, cum juspatronatus transeat sem- per cum re, cui est inseparabiliter annexum, arg. cap. Ex literis 7. De juspatronat. & ibi Fagnan. num. 3. Bar- bosa num. 3. Canisius in cap. 1. & 2. num. 5. de jus- patronat. Pirhing lib. 3. Decret. tit. 38. num. 34. Reiffenst. ibid. num. 18. & alii. Accessorium enim naturam sequi congruit principali, ut expresse dicitur in cap. Accessorium 42. de Reg. jur. in 6. (Vid. lit. A. pag. 38. ex num. 1. ad 15. lit. D. pag. 104. ex num. 60.)

Quando plures sunt haereses unius Patroni succedunt omnes aequali parte, quamvis in partibus inaequali- bus sint instituti haereses, unde in solidum tale juspa- tronatus possidere debent, nec inter se illud dividere possunt; cap. Perlatum est 1. de juspatronatus; & Glossa ibid. verb. Dividi non debeat: & Doctores communi- ter, arg. leg. Via 17. ff. De servit. leg. Si sepulcrum

Cod. de Religios. & sumpt. funer. leg. 1. §. Si usufructus ff. Ad leg. Falcid. §. leg. Usus ff. de usu, & habiti. (Vid. ad. hup. verb. Conformis:.) Possunt tamen dicti plures haereses inter se pacisci, & convenire de Recto- re alternis vicibus presentando, hoc est, quod unus presentet prima vice vacationis beneficii, seu ecclesiae, alter secunda, & alter tertia; Communis, textu expre- so in Clementina Plures 2. de juspatronatus, ibi: Et ut facilius provideatur Ecclesiis, non incongruens repu- tamus, Patronos ipsos inter se posse libere convenire de Rectore ab eis alternis vicibus presentando. Glossa ibi- dem verb. Alternis vicibus: Item possunt compatroni, & haereses eorum inter se dividere menses, ita ut si in mense Januarii vacet ecclesia, seu beneficium, praesentet unus, si in Februarii, praesentet alter, &c. Vel etiam si plura beneficia conferenda habent, unus ad hoc, & alter ad illud praesentet; Communis arg. citat. Clementina Plures. Et has conventiones possunt compatroni, ac haereses inter se inire absque illo consensu Episcopi, argum. cit. Clementina Plures: ibi: Inter se posse libere convenire, & ibi Glossa verb. Libere: Fagnan. in cit. cap. Perlatum est 1. de juspatronat. n. 6. Gonzal. Ad Regul. 8. Cancellor. glori. 46. §. 1. num. 58. Barbosa de offic. & potest. Episcopi. part. 3. allegat. 71. num. 28. & seq. Pirhing l. 3. Decret. tit. 38. num. 46. Reiffenstuel ibidem num. 23. & Communis aliorum. (Vid. ord. circ. lit. D. pag. 73.)

Etiam juspatronatus gentilitium, scilicet reserva- tum illis, qui sunt de familia, seu agnatione fundato- ris, extincta familia, seu agnatione, transit ad haeres- des extraneos, nisi in prima fundatione fundator ex- presse, & taxative ad suam tantum familiam, seu agna- tionem statuerit esse faciendam successionem, Rota in causa Cremonensis jurispatronat. die 6. Junii 1578. cor- ram Cardinal. Seraphin. ut ex ejus impressis decis. 364. quae postea confirmata fuit sub die 21. Novemb. ejus- dem anni, ut decis. 378. & concordat Rota decis. 385. per tot. coram Robustero part. 1. de testat. Cassad. de- cis. 1. num. 3. de juspatronat. Ancharanus consil. 81. Fagnan. in citat. cap. Perlatum est 1. de juspatronatus num. 25. Pirhing loc. cit. num. 53. Reiffenstuel loc. cit. num. 34. & alii passim. Et ratio est, quia reservatio Jurispatronatus facta in prima fundatione à fundatore pro illis, qui sunt de sua familia, seu agnatione, non addita particula taxativa tantum, vel alia simili, in- telligitur solum facta cum ea restrictione, ut tale jus- patronatus non transeat ad haereses extraneos, duran- te sua familia, seu agnatione, ergo secus intelligitur facta pro casu deficientis suae familiae; Tum quia casus à fundatore omisus relinquitur dispositioni juris communis; arg. leg. Commodissime ff. De lib. & por- tib. l. Si cum dotem ff. solut. matr. leg. Extraneus ff. De condit. ob caus. Atqui casus deficientis suae familiae fuit à fundatore omisus, ergo est relinquendus dispo- sitioni juris communis, quo statutum est ut juspatronatus transeat etiam ad haereses extraneos, juxta dicta supra num. 2. Sic enim dispositio hominis convenit cum dispositione legis, & utraque servatur in suo casu; scilicet dispositio hominis, quamdiu duraverit sua familia; dispositio autem legis, à quando illa defecerit.

Si autem fundator expresse statuit cum particula taxativa tantum, quod tale juspatronatus transeat ad illos solum, qui sunt de sua familia, seu agnatione, non vero ad eorum haereses extraneos, tunc ad ipsos non transit, & extincta familia extinguitur juspatronatus, & ecclesia, seu beneficium remanet liberae collationis. Et ideo notanter fuit dictum in conclusione sub num. antecedente: Nisi in prima fundatione fundator expresse, & taxative ad suam tantum familiam, seu agnationem, statuerit esse faciendam successionem. Et ratio est, quia fundator potest in fundatione remittere Juspatronatus vel in totum, vel ex parte, vel limita- tive illud inducere in praedictum descendendum, vel extraneorum haeredum, prout ei libuerit; arg. cap. Sig- nificavit 41. de testibus, & cap. Si Laicus univ. de Jus- patronatus in 6. Sic tenet Communis cum supracit. etiam Juspatronatus, quamvis transitorium ad haereses extraneos, arg. leg. Via 17. ff. De servit. leg. Si sepulcrum

transire ad monasterium, seu religionem, idque dupli- ci modo. Primo, quando à Patrono laico monasterium capax honorum in communi instituitur haeres; tunc enim cum universitate bonorum talis hereditatis transit ad monasterium etiam juspatronatus. Secundo, quando Patronus laicus fit Religiosus, tunc enim juspatronatus ad ipsum spectans cum omnibus ipsius bonis trans- fertur in monasterium; & quidem perpetuo, si sit jus- patronatus hereditarium. Tale enim juspatronatus se- quitur hereditatem, & hereditati Monachi succedit mo- nasterium, cum quiddam acquiri Monachus, acquirat monasterio, cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 1. cap. Ab- bates 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. In praesentia 8. de probation. cum similibus; Ita Tamb. de jure Abbat. tom. 3. disput. 9. quest. 28. num. 1. & 2. Pirhing loc. cit. num. 59. & alii passim. Si autem juspatronatus sit gentilitium, & jure sanguinis delatum ad Patronum, qui Religionem in- gressus est, tunc tale juspatronatus non transfertur in monasterium perpetuo, sed solum ad tempus, id est durante vita Monachi, quia post ejus obitum deferretur ad haereses ipsius consanguineos; Tambur. loc. citat. num. 2. Pirhing loc. cit. num. 59. Garzias de benefi- cio part. 5. cap. 1. num. 555. & alii. Juspatronatus transit etiam probabiliter ad Fiscum saltem indirectè, & ac- cessorie, quando ab ipso ob aliquod enorme Patroni crimen confiscantur omnia, vel aliqua specialia ejus bona, quibus annexum est juspatronatus; tunc enim adveniente vacatione beneficii, vice Patroni banniti, praesentat Fiscus; Abbas in cap. Quanto num. 6. de judicis, & in cap. Nobis 25. de juspatronatus num. 2. Ferret. consil. 179. Barbosa in cap. Ex literis 7. de jus- patronatus num. 9. & lib. 3. Juris ecclesiastici univers. cap. 12. num. 238. & part. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 71. num. 45. cum pluribus ibi citatis, Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 4. num. 21. cum aliis, Pirhing l. c. num. 57. & alii. Secus autem juspatronatus perso- nale, seu per se, & singulariter consistens, non annexum ullius Patroni bonis, quia tale juspatronatus, cum defectu jurisdictionis nequeat confiscari per judicem laicum, manet penes delinquentem, donec per sententiam Judicis ecclesiastici eo privetur tamquam indignus, & tunc ecclesia fit libera; Barbosa in cit. cap. Ex literis num. 10. & cit. lib. 3. cap. 12. num. 239. Abbas in cap. Cum laici 10. de juspatronatus num. 3. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quest. 14. Pirhing loc. citat. num. 57. Silvester verb. Juspatronatus: quest. 5. dist. 6. Garzias de benefi. part. 5. num. 26. & sequent. & alii passim. Immo secundum multos neque juspatronatus reale, seu annexum bonis transit ad Fiscum laicale ex confiscatione talium bonorum, sed tunc ecclesia liber- tatem acquirit; Ita Card. in Clementin. Plures, de re- judicat. num. 71. & sequent. Joan. de Anania in cap. Vergentis, de haereticis num. 6. Lambertin. de juspa- tronat. lib. 3. quest. 8. art. 7. num. 16. & 22. Simancha in catholice. Instit. tit. 4. num. 96. Rota part. 5. tom. 1. decis. 336. num. 17. dicit esse opinionem magis communem, quam tenet ipsa Rota, quia juspatronatus tamquam quid spiri- tuale non venit in confiscatione facta à Judice laico; Rota cit. decis. 336. num. 17. ubi citat plures alias Ro- ta decisiones, Glossam, & alios Doctores, & ibidem num. 16. cum Roccho de Curte dicit esse etiam opinio- nem equiorem.

In translatione juspatronatus cum universitate bonorum, seu cum specialibus aliquibus bonis, ut cum castro, villa, pago, quibus ipsum juspatronatus est inseparabiliter annexum, non requiritur consensus Episcopi, arg. cap. Ex literis 7. de juspatronatus, cum similibus, Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 71. num. 10. Vivian. in pract. jurispatronat. part. 1. lib. 4. cap. 1. num. 2. Piassecus part. 2. cap. 15. art. 1. num. 44. & Communis aliorum. Requiritur autem consensu Episcopi, quando juspatronatus de per se sine ulla hereditate transfertur in laicum, seu Clericum nomine proprio, v. g. per legatum in testamento relicto, arg. cap.

transire ad monasterium, seu religionem, idque dupli- ci modo. Primo, quando à Patrono laico monasterium capax honorum in communi instituitur haeres; tunc enim cum universitate bonorum talis hereditatis transit ad monasterium etiam juspatronatus. Secundo, quando Patronus laicus fit Religiosus, tunc enim juspatronatus ad ipsum spectans cum omnibus ipsius bonis trans- fertur in monasterium; & quidem perpetuo, si sit jus- patronatus hereditarium. Tale enim juspatronatus se- quitur hereditatem, & hereditati Monachi succedit mo- nasterium, cum quiddam acquiri Monachus, acquirat monasterio, cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 1. cap. Ab- bates 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. In praesentia 8. de probation. cum similibus; Ita Tamb. de jure Abbat. tom. 3. disput. 9. quest. 28. num. 1. & 2. Pirhing loc. cit. num. 59. & alii passim. Si autem juspatronatus sit gentilitium, & jure sanguinis delatum ad Patronum, qui Religionem in- gressus est, tunc tale juspatronatus non transfertur in monasterium perpetuo, sed solum ad tempus, id est durante vita Monachi, quia post ejus obitum deferretur ad haereses ipsius consanguineos; Tambur. loc. citat. num. 2. Pirhing loc. cit. num. 59. Garzias de benefi- cio part. 5. cap. 1. num. 555. & alii. Juspatronatus transit etiam probabiliter ad Fiscum saltem indirectè, & ac- cessorie, quando ab ipso ob aliquod enorme Patroni crimen confiscantur omnia, vel aliqua specialia ejus bona, quibus annexum est juspatronatus; tunc enim adveniente vacatione beneficii, vice Patroni banniti, praesentat Fiscus; Abbas in cap. Quanto num. 6. de judicis, & in cap. Nobis 25. de juspatronatus num. 2. Ferret. consil. 179. Barbosa in cap. Ex literis 7. de jus- patronatus num. 9. & lib. 3. Juris ecclesiastici univers. cap. 12. num. 238. & part. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 71. num. 45. cum pluribus ibi citatis, Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 4. num. 21. cum aliis, Pirhing l. c. num. 57. & alii. Secus autem juspatronatus perso- nale, seu per se, & singulariter consistens, non annexum ullius Patroni bonis, quia tale juspatronatus, cum defectu jurisdictionis nequeat confiscari per judicem laicum, manet penes delinquentem, donec per sententiam Judicis ecclesiastici eo privetur tamquam indignus, & tunc ecclesia fit libera; Barbosa in cit. cap. Ex literis num. 10. & cit. lib. 3. cap. 12. num. 239. Abbas in cap. Cum laici 10. de juspatronatus num. 3. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quest. 14. Pirhing loc. citat. num. 57. Silvester verb. Juspatronatus: quest. 5. dist. 6. Garzias de benefi. part. 5. num. 26. & sequent. & alii passim. Immo secundum multos neque juspatronatus reale, seu annexum bonis transit ad Fiscum laicale ex confiscatione talium bonorum, sed tunc ecclesia liber- tatem acquirit; Ita Card. in Clementin. Plures, de re- judicat. num. 71. & sequent. Joan. de Anania in cap. Vergentis, de haereticis num. 6. Lambertin. de juspa- tronat. lib. 3. quest. 8. art. 7. num. 16. & 22. Simancha in catholice. Instit. tit. 4. num. 96. Rota part. 5. tom. 1. decis. 336. num. 17. dicit esse opinionem magis communem, quam tenet ipsa Rota, quia juspatronatus tamquam quid spiri- tuale non venit in confiscatione facta à Judice laico; Rota cit. decis. 336. num. 17. ubi citat plures alias Ro- ta decisiones, Glossam, & alios Doctores, & ibidem num. 16. cum Roccho de Curte dicit esse etiam opinio- nem equiorem.

transire ad monasterium, seu religionem, idque dupli- ci modo. Primo, quando à Patrono laico monasterium capax honorum in communi instituitur haeres; tunc enim cum universitate bonorum talis hereditatis transit ad monasterium etiam juspatronatus. Secundo, quando Patronus laicus fit Religiosus, tunc enim juspatronatus ad ipsum spectans cum omnibus ipsius bonis trans- fertur in monasterium; & quidem perpetuo, si sit jus- patronatus hereditarium. Tale enim juspatronatus se- quitur hereditatem, & hereditati Monachi succedit mo- nasterium, cum quiddam acquiri Monachus, acquirat monasterio, cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 1. cap. Ab- bates 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. In praesentia 8. de probation. cum similibus; Ita Tamb. de jure Abbat. tom. 3. disput. 9. quest. 28. num. 1. & 2. Pirhing loc. cit. num. 59. & alii passim. Si autem juspatronatus sit gentilitium, & jure sanguinis delatum ad Patronum, qui Religionem in- gressus est, tunc tale juspatronatus non transfertur in monasterium perpetuo, sed solum ad tempus, id est durante vita Monachi, quia post ejus obitum deferretur ad haereses ipsius consanguineos; Tambur. loc. citat. num. 2. Pirhing loc. cit. num. 59. Garzias de benefi- cio part. 5. cap. 1. num. 555. & alii. Juspatronatus transit etiam probabiliter ad Fiscum saltem indirectè, & ac- cessorie, quando ab ipso ob aliquod enorme Patroni crimen confiscantur omnia, vel aliqua specialia ejus bona, quibus annexum est juspatronatus; tunc enim adveniente vacatione beneficii, vice Patroni banniti, praesentat Fiscus; Abbas in cap. Quanto num. 6. de judicis, & in cap. Nobis 25. de juspatronatus num. 2. Ferret. consil. 179. Barbosa in cap. Ex literis 7. de jus- patronatus num. 9. & lib. 3. Juris ecclesiastici univers. cap. 12. num. 238. & part. 3. de offic. & potest. Episc. alleg. 71. num. 45. cum pluribus ibi citatis, Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 4. num. 21. cum aliis, Pirhing l. c. num. 57. & alii. Secus autem juspatronatus perso- nale, seu per se, & singulariter consistens, non annexum ullius Patroni bonis, quia tale juspatronatus, cum defectu jurisdictionis nequeat confiscari per judicem laicum, manet penes delinquentem, donec per sententiam Judicis ecclesiastici eo privetur tamquam indignus, & tunc ecclesia fit libera; Barbosa in cit. cap. Ex literis num. 10. & cit. lib. 3. cap. 12. num. 239. Abbas in cap. Cum laici 10. de juspatronatus num. 3. Azorius part. 2. lib. 6. cap. 20. quest. 14. Pirhing loc. citat. num. 57. Silvester verb. Juspatronatus: quest. 5. dist. 6. Garzias de benefi. part. 5. num. 26. & sequent. & alii passim. Immo secundum multos neque juspatronatus reale, seu annexum bonis transit ad Fiscum laicale ex confiscatione talium bonorum, sed tunc ecclesia liber- tatem acquirit; Ita Card. in Clementin. Plures, de re- judicat. num. 71. & sequent. Joan. de Anania in cap. Vergentis, de haereticis num. 6. Lambertin. de juspa- tronat. lib. 3. quest. 8. art. 7. num. 16. & 22. Simancha in catholice. Instit. tit. 4. num. 96. Rota part. 5. tom. 1. decis. 336. num. 17. dicit esse opinionem magis communem, quam tenet ipsa Rota, quia juspatronatus tamquam quid spiri- tuale non venit in confiscatione facta à Judice laico; Rota cit. decis. 336. num. 17. ubi citat plures alias Ro- ta decisiones, Glossam, & alios Doctores, & ibidem num. 16. cum Roccho de Curte dicit esse etiam opinio- nem equiorem.

Juspatronatus per hereditarium successionem potest

cap. Si Laicus unio. de Jurepatronat. in 6. à sensu contrario, & communis Doctorum cum Barbosa loc. citat. num. 12. Tunc enim, antequam consensus Episcopi accedat, juspatronatus existit penes heredem; quia per solam dispositionem laici non potest hujusmodi jus de per se in alium laicum, seu Clericum nomine proprio, & non nomine ecclesie transferri, cum jura tantum permittunt, ut juspatronatus transferatur in filios, vel heredes, non autem in legatarios, cap. Filius 31. caus. 16. quest. 7. Abbas in cap. Cum seculum 13. de Jurepatronat. num. 6. Joan. Andr. ibidem num. 2. Pirhing l. c. num. 58. Azorius loc. cit. quest. 10. Silvester loc. cit. quest. 4. d. 6. & alii communiter. Non requiritur tamen consensus Episcopi, quando juspatronatus etiam de per se transferatur in ecclesiam, seu locum Religiosum, vel in Clericum nomine Ecclesie; cap. Illud 8. de Jurepatronat. & cap. Si Laicus unio. eodem in 6. & communis Doctorum cum Barbosa loc. citat. num. 11. Pirhing loc. cit. num. 58. Sanchez contr. moral. l. 2. cap. 3. disp. 76. num. 3.

Secundo modo juspatronatus transit de uno in alium per donationem; Glossa communiter recepta in cap. Pie mentis 26. caus. 16. quest. 7. & in cap. Cum seculum 13. de Jurepatronatus; & est textus in cap. Ex insinuatione 14. & cap. Nullus 17. de Jurepatronatus. Juspatronatus donatio, si fiat de laico in laicum, seu in Clericum nomine proprio, & non nomine ecclesie, seu dignitatis, quam obtinet, requiritur necessario Episcopi consensus, arg. cap. Si Laicus unio. de Jurepatronat. in 6. à sensu contrario, & tenent Abbas in cap. Illud 8. de Jurepatronatus num. 5. Barbosa ibidem num. 2. & part. 3. de offic. & potest. Episc. allegat. 71. num. 23. Pirhing loc. cit. num. 61. & alii communiter. Si autem donatio per Patronum etiam laicum fiat ecclesie, monasterio, aut alteri loco pio, seu etiam Clerico nomine ecclesie, vel dignitatis, quam obtinet, Episcopi consensus non requiritur; Communiter textu expresso in cap. Illud 8. de Jurepatronat. & cap. Si Laicus unio. eod. in 6. Si vero donatio fiat ab ecclesia alteri ecclesie, requiritur dictus Episcopi consensus, quia sine illo ecclesia alienare non potest, cap. Sine exceptione 52. caus. 12. quest. 2. Barbosa c. alleg. 61. num. 27. & alii. Et si talis donatio ab Ecclesia fiat Laico, requiritur beneplacitum Apostolicum; Rota part. 2. decis. 146. num. 6. & part. 5. tom. 2. decis. 191. num. 8. arg. Extravag. Ambitiosa, de rebus Eccles. non alienand. Consensus Episcopi necessarius non est in donatione, quam unus Patronus alteri Patrono socio, seu Compatrono jus suum donat, remittit, seu renunciat; Rota part. 1. recent. decis. 707. num. 4. part. 5. tom. 1. decis. 191. num. 5. & decis. 225. num. 9. part. 7. decis. 104. num. 5. part. 10. decis. 238. num. 1. Barbosa citat. alleg. 71. num. 18. cum plurimis aliis ibi citatis, Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 38. num. 26. ubi dicit esse communem, arg. Clement. Plures 2. de Jurepatronatus, & ibi Glossa verb. Liberes; Non potest tamen sine consensu Episcopi tale juspatronatus donari filio Compatroni, quia filius in vita Patris, qui est Patronus, non reputatur Compatronus; Card. Pereira de rezol. emphyt. cap. 6. num. 3. & potest. eligend. cap. 1. num. 24. Barbosa cit. allegat. 71. num. 29. & alii.

Consensus Episcopi licet requiratur in donatione

Exponitur, requiri Episcopi consensus, dum juspatronatus de laico in laicum donatur: non requirit, si per huncine ecclesie, monasterio, &c. fiat; verumtamen, ut circa hanc assertionem aliquod dubium non occurrat, neque nostre regie dispositionis careat notitia, sciat quilibet, esse generaliter dispositum utraque in specie Episcopi consensus intervenire, sufficereque, sive donationi precedat, eamve subsequatur; (1) ita ut numeretur inter alios, à quibus oblationes in ecclesia Sacerdotes non recipiant, Clericus de manu laicorum patronatam ecclesiam acceptans, nisi Episcopi consensus intercedat. (2)

(1) L. 8. tit. 15. part. 1. ibi: Por donadio pasa otrosi el derecho del patronazgo, cá bien lo puede dar un ome à otro, à la iglesia, ó monasterio: é para valer tal donacion debe aver otorgamiento del Obispo de la iglesia, donde es el patronazgo, quier anre se faga la donacion, ó despues que fuere fecha. Cá

particulari, non requiritur tamen in donatione universali omnium bonorum; Rota part. 6. recent. decis. 207. num. 12. & sequens. Annotat. ad decis. 46. à num. 124. usque ad num. 125. part. 9. tom. 1. & decis. 73. num. 30. part. 11. Immo Juspatronatus venit sub generali donatione omnium bonorum, Jurium, & actionum; Rota part. 19. tom. 1. dec. 181. num. 3. Etiam juspatronatus non fuerit expressum; Rota part. 19. tom. 2. decis. 515. num. 2. & neque in hoc casu requiritur consensus Episcopi; Rota part. 19. tom. 1. decis. 181. num. 5. & ead. part. 19. tom. 2. decis. 615. num. 2.

Consensus Episcopi, ibi requiritur in translatione juspatronatus, debet esse expressus, nisi scienter translatio fuerit admissa ab ipso Episcopo; Barbosa cit. allegat. 71. num. 15. & alii passim. Ubi requiritur consensus Episcopi, ut in donatione particulari, si fiat sine ipso donatio non valet; Rota part. 1. recent. decis. 311. num. 1. & decis. 576. num. 1. part. 2. decis. 257. num. 1. & decis. 337. num. 4. part. 3. decis. 555. num. 1. & decis. 606. num. 2. & sæpe alibi. Et talis juspatronatus donatio absque consensu Episcopi facta, est taliter penitus irrita, ut donans possit presentare non obstante donatione à se facta, immo potest talis Patronus cum consensu Ordinarii alteri donare; Annotat. ad decis. 46. à num. 56. usque ad 64. part. 9. tom. 1. Neque ad hunc effectum sufficit consensus Vicarii Generalis absque speciali mandato; Rota part. 1. recent. decis. 302. num. 3. part. 2. decis. 257. num. 1. & decis. 337. num. 5. part. 8. decis. 224. n. 9. & 10. decis. 238. num. 2. & sæpe alibi; Etiam Episcopus fuerit absens; Rota part. 2. decis. 337. num. 5. Consensus in translatione juspatronatus debet esse Episcopi illius diocesis, in qua sita est ecclesia; cap. Cura pastoralis 11. de Jurepatronat. Barbosa citat. allegat. 71. num. 17. & alii passim. Consensus, seu confirmatio Episcopi non debet necessario intervenire in ipso actu donationis; Rota part. 17. decis. 80. num. 3. sed etiam postea, & quandocumque supervenire potest etiam post donationem; Rota part. 3. decis. 606. num. 3. part. 5. tom. 1. decis. 191. num. 7. part. 11. decis. 75. num. 32. & part. 17. citat. decis. 80. num. 21. Quinimodo supervenire potest etiam post obitum ipsius donatoris in præjudicium ejus heredis, & habentium causam ab eo; Rota part. 9. tom. 2. decis. 430. num. 9. Quando nempe nullus adsit, qui fuerit interea Jus questum; Rota part. 11. decis. 130. num. 18. Ita ut res sit integra, neque agatur de præjudicio alterius, quam ipsius donantis, ejusque hereditum, Rota part. 11. decis. 372. num. 26. Et sic Doctores communiter.

Donatio particularis juspatronatus facta laico sine consensu, seu confirmatione Ordinarii est revocabilis, cum facta sine ejus consensu, seu confirmatione non valeat, ex quo nequeant laici presumptione propria disponere de eo, quod est ecclesiastici juris ad textus apertos in cap. Illud 8. cap. Nullus Laicus 17. & cap. Suggestum 20. de Jurepatronatus; Rota part. 1. recent. decis. 311. num. 1. & decis. 576. num. 1. part. 2. decis. 257. num. 1. & decis. 337. num. 4. part. 3. decis. 606. num. 2. part. 9. tom. 2. decis. 430. num. 6. part. 19. tom. 2. decis. 630. num. 8. & novissime in Bononien. Parochialis 8. Februar. 1706. §. Nullitas enim, coram Scoto, Lamberin. de Jurepatronat. lib. 1. part. 2. quest. 6. art. 4. num.

de otra manera non valdrá. (2) L. 10. tit. 19. ejusd. Et otrosi los Clerigos que resciben iglesia de mano de legos, si non lo facen por algunas de las razones, que dice en el título que fabla del derecho del patronazgo, que an los omes en las iglesias:

(1) L. 8. tit. 15. part. 1. ibi: Por donadio pasa otrosi el derecho del patronazgo, cá bien lo puede dar un ome à otro, à la iglesia, ó monasterio: é para valer tal donacion debe aver otorgamiento del Obispo de la iglesia, donde es el patronazgo, quier anre se faga la donacion, ó despues que fuere fecha. Cá

num. 2. Pitonius de controversiis Patronorum tom. 1. allegat. 40. num. 3. & 22. & alii passim. Hinc talis donator potest cum consensu Ordinarii alteri donare; Annotat. ad decis. 45. à num. 16. usque ad 64. part. 9. tom. 1. & communis Doctorum.

Est tamen valida, & irrevocabilis in præjudicium donantis talis particularis juspatronatus donatio sine consensu, seu confirmatione Ordinarii, si facta sit cum juramento, promissione, & pacto expresso de eam non revocando; Rota part. 17. recent. decis. 80. num. 5. & in Lunen. Sarzanen. beneficiorum apud Bertachin. Poto decis. 47. num. 14. & 39. & in Compostellana Parochialis 25. Junii 1696. §. Quandoquidem, & 28. Junii 1697. §. Non revelante, coram Priolo, & pluribus adductis Pignatell. tom. 6. consult. 97. num. 12-15. & seq. & judicatum fuit per Judices commissarios in voto impresso apud Saminiam. contrav. 196. num. 42. & seq. tom. 3. Et Rota Maceraten. in una Maceraten. beneficij 1. Junii 1711. §. In nihilo, §. Quare, & §. Sic etiam, coram Tomano, loc. cit. num. 11. & 22. ubi addit se ita iudicari vidisse in Sulmonen. seu Valen. Capellana per sententiam A. C. Cencii latam sub die 2. Octobris 1714. Et ratio est, quia licet talis donatio sit de sua natura revocabilis ante consensum, seu confirmationem Ordinarii ex dictis num. antecedenti, attamen per juramentum de eam non revocando evadit firma, & irrevocabilis in præjudicium ipsius donantis, cum in tali casu res non sit amplius integra, nec sit locus penitentiae; Seraphin de jurament. privileg. 139. Cyriac. contrav. 322. n. 33. Pignatell. loc. cit. num. 12. & sic alia presentatio donantis contra suum juramentum non potest admitti per Ordinarium, ne fiat particeps ejus delicti confovendo ipsius perjuriu; Rota part. 17. recent. decis. 80. à n. 5. Merlin. decis. 443. num. 4. & seq. Gutierrez de juramento confirm. part. 3. cap. 14. Spereil. decis. 180. num. 1. & 16. usque ad 21. Rota Macerati. in una Maceraten. beneficij 1. Junii 1711. §. Quare cum donatio, coram Tomano, impressa apud Pitonium loc. cit. Abhorrent enim Sacri Canones confoveri perjuriu, cap. Si vero 8. de jurjurando, ibi: Nec Nos aliquid dare materiam volumus venienti contra juramentum propterea, ne Auctores perjurij videamur, & concordant cap. Verum 15. & cap. Mulieri 38. eod. tit. de jurjurando, ac etiam jus Calesium in leg. Si minor 1. Cod. Si aduersus venditionem, & leg. Ambiguitates 2. Cod. de iudicia viduitate. Unde ante consensum Ordinarii talis donatio in præjudicium donantis habet implicitum statum validitatis, usquequo superveniat confirmatio Episcopi; Rota Macerati. in citat. Maceraten. beneficij 1. Junii 1711. §. In nihilo, impressa apud Piton. l. c. Saminiam. contrav. 196. & alii passim.

Neque à tali juramento potest ab Ordinario absolvi dictus donator, donatario, seu parte non citata, cum absoluto sit in præjudicium tertii; Gales de obligat. Cam. quest. 25. num. 3. & ibi Zacch. num. 11. Cyriac. contrav. 7. num. 14. Altimar. de nullit. rubric. 12. num. 92. Scop. ad Gratian. decis. 165. num. 3. Rota Macerati. in dict. Maceraten. beneficij §. Nec ad presentandum: coram Tomano; Spereil. decis. 180. num. 60. ubi pluribus citatis testatur sic de stylo servari.

Post consensum, seu confirmationem Ordinarii talis juspatronatus donatio est irrevocabilis, etiam si non fuerit jurata; Rota part. 7. recent. decis. 36. num. 5. & seq. Pitonius cit. allegat. 40. num. 22. ubi textatur, quod sic solet regulariter concludi, & sic tenent Doctores communiter. Et ratio est, quia per confirmationem, seu decretum Ordinarii evadit donatio inter vivos; Rota part. 19. recent. decis. 355. num. 15. quæ ex sola penitentia donatoris revocari non permittitur, per text. in

leg. Possessionem 3. Cod. de revocandis donationibus, cum donatio inter vivos irrevocabilis & immutabilis sit, leg. Perfecta 4. Cod. de donationibus que sub modo, & §. Alia autem 2. Institut. de donationibus, cum similibus; Rota cit. dec. 355. num. 9. (Vid. verb. Donatio.)

Tertio modo juspatronatus transit de uno in alium per permutationem; Glossa communiter recepta in cap. Pie mentis 26. caus. 16. quest. 7. & in cap. Cum seculum 13. de Jurepatronatus; & est textus in cap. Nemini 40. caus. 16. quest. 7. Et quidem licite, & valide, saltem accessorie, & per accidens permutari potest etiam pro rebus temporalibus, si nempe universitas bonorum, vel alia res temporalis, ut villa, castrum, & hujusmodi, cui Juspatronatus est inseparabiliter annexum, permutatur cum aliis bonis temporalibus, dummodo hoc in estimationem non veniat, ita ut ratione illius in permutatione res temporalis pretiosior, quam alia commutanda exigatur, & detur. Et talis permutatio potest fieri etiam sine consensu Episcopi; Contractus enim celebratur de solis temporalibus (ad quem contractum utique non requiritur consensus Episcopi, ut de se patet) cum quibus Juspatronatus ut inseparabiliter annexum accessorie transit; Regula autem est, quod Juspatronatus transeat cum re, cui est inseparabiliter annexum, etiam absque consensu Episcopi; argum. cap. Ex literis 7. de Jurepatronatus, & notant, & tenent ibi Abbas num. 1. Innocent. num. 2. Barbosa num. 3. Fagnan. num. 3. & alii communiter. Nullatenus tamen neque cum consensu Episcopi potest permutari Juspatronatus perse, & solitarie sumptum pro re temporalis; Communiter, textu expresso in cap. Quæsitum 5. de rerum permutatione, addita ratione: Quis circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem continet semper simonia in cap. Exhibita 9. eod. ibi: Cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur. Juspatronatus autem est annexum spirituali, textu expresso in cap. De Jure 16. de Jurepatronatus, ibi: Juspatronatus, quod est spirituali annexum.

Juspatronatus permutari potest cum alio Jurepatronatus, aut alia re spirituali; Comm. argum. citat. cap. Quæsitum 5. de rerum permut. & cit. cap. Nemini 40. caus. 16. quest. 7. Talis autem permutatio nequit fieri sine consensu Episcopi, quia spiritualium permutatio in materia beneficiorum requirit Episcopi consensum, seu auctoritatem; arg. cit. cap. Quæsitum 5. de rerum permut. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 36. num. 28. Pirhing ibid. num. 79. Zoësius ibid. num. 25. Silvester verb. Juspatronatus quest. 5. & alii; Barbosa tamen de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 71. num. 31. cum aliis ibi citatis dicit, quod consensus Episcopi solum requiritur, si permutatione Juspatronatus transferatur in Ecclesiam, aut in Clericum nomine Ecclesie. Episcopi consensus pro tali permutatione requisitus non debet necessario intervenire in ipso actu permutationis, sed etiam postea, & quandocumque intervenire potest, etiam post permutationem; immo etiam post obitum permutantis; Barbosa loc. cit. num. 32. cum aliis ibi citatis, & faciunt proportionaliter decisiones Rota, pro donatione adductæ supra sub num. 38.

Quarto modo Juspatronatus transit, seu transferatur de uno in alium per venditionem; Glossa communiter recepta in cap. Pie mentis 26. caus. 16. quest. 7. & in cap. Cum seculum 13. de Jurepatronat. & est textus in dicto cap. Cum seculum: Hoc tamen non debet intelligi, quod juspatronatus per se, ac solitarie sumptum possit vendi, quia sic sumptum, nec licite, nec valide vendi potest, ut tenet communissima Doctorum textu expresso in cap. de jure 16. de Jurepatronatus, addita

Solum ab A. videtur dubitari, quom juspatronatus cum alio ejusdem nature permutatur præcedere, an subsequi debeat Episcopi consensus? etiam ut nostre dispositionis non detur ignorantia, recordandum est, legem in casu permutationis absolute ordinare, prædicto adstante consensu, faciendum esse. (1)

(1) L. 8. prox. cit. ibi: Mas de una iglesia por otra, é de un patronazgo por otro, bien lo puede cambiar con otorgamiento del Obispo. Cá de otra guisa non valdrá.